# ACTA

# CAPITULI PROVINCIALIS

## PROVINCIAE S. LAURENTII MARTYRIS DE CHILE

## ORDINIS PRAEDICATORUM

CELEBRATI

In conventu Recollectionis Dominicanae Sanctijacobi

sub Adm. R. P. Vicario Provinciae fr. Josepho Ortea

——— diebus 21-28 Aprilis Anni Domini 1956 ———

SANCTI JACOBI

TYPYS IMPRENTA CHILE

TEATINOS 760 - CASILLA 120

——— 1 9 5 6 ———

# ACTA

# CAPITULI PROVINCIALIS

## PROVINCIAE S. LAURENTII MARTYRIS DE CHILE

## ORDINIS PRAEDICATORUM

CELEBRATI

In conventu Recollectionis Dominicanae Sanctijacobi

sub Adm. R. P. Vicario Provinciae fr. Josepho Ortea

diebus 21-28 Aprilis Anni Domini 1956

SANCTI JACOBI

TYPYS IMPRENTA CHILE

TEATINOS 760 - CASILLA 120

1956

**Admodum RR. PP. Prioribus, ex Provincialibus, Praedicatoribus Generalibus, Superioribus aliisque Patribus ac Fratribus Provinciae nostrae S. Laurentii Martyris de Chile.**

**NOS FR. Petrus A. Torres, PRIOR PROVINCIALIS salutem et pacis incrementum.**

---

Pergratum nobis incumbit munus Acta ultimi Capituli Provincialis S. Jacobi celebrati et a Rdmo. P. Ordinis Magistro confirmata et approbata publici juris facere necnon communi usui tradere, quod eo praesertim fine facimus, ut a nobis, Patres Fratresque carissimi, attente considerentur et adamussim impleantur. Faxit Deus ut stricte omnium quae continent observatio novum totali recuperationi activitatum, quas olim dilecta haec Provincia S. Laurentii laudabiliter exercebat, incrementum praebeat ac suppeditet.

Haud nobis latet ingens labor nec minora sacrificia, quae solvendis omnibus problematibus, quibus Provincia premitur, ac difficultatibus impenditis; hoc

cordi nostro vigorem infundit talem, quo ineptitudinem parvitatemque nostram minus sentiamus.

Ex omnibus Reipublicae regionibus necnon apostolicae activitatis partibus nostrorum praesentia ac participatio Religiosorum postulatur. Optimum sane studium, sed numerus nostratum exiguus persaepe negandam tot operibus apostolicis participationem imponit. Vere nostram facere possumus Salvatoris sententiam: "Messis quidem multa, operarii autem pauci". Verumtamen nostrum faciamus etiam Ejusdem quoque monitum: "Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam".

Hanc operariorum postulationem jam a pluribus Patribus nostris non solum corde exoptari verum et opere promoveri novimus; propterea longam post probationem et primi fructus nunc quoque percipiuntur. Schola nostra Apostolica alumnorum et numero et qualitate pollet, Novitiatus etiam virentibus plantis exornatus gaudet. Felix hoc auspicium, Patres Fratresque carissimi, perpetua sit nobis non tantum gaudii causa, sed et incessans novae benedictionis impetrandae motivum, necnon constans divini auxilii in quaerendis, promovendis ac seligendis bonis sanctisque vocationibus petendi incitamentum. Nos, quod attinet, huic conamini cooperationem omnimodam atque indefessum laborem toto ex corde libenter promittimus.

Caeteroquin, si nos sinceram alias nobis sanctificandi animas apud nos fideijussionem Salvatori offeramus, Ipse providebit ut eaedem cito inveniantur, ad nosmetipsos perveniant, plurimi juvenes veram percipiant vocationem et supreman eademque perfectam metam dominicanae professionis adipiscantur Operam igitur demus, ut vita nostra plene dominicana et sacerdotalis splendeat atque decorem omnibus fulgeat; vita regularis, virorum Dei servitio mancipatorum, sensu altissimo involvatur et virtute summa; vita integritate sacerdotali, zelo ardens apostolico et perfecto atque intima cum SUMMO

SACERDOTE unione refulgens oportet; spiritus S. Patris Nostri Dominici imbrat cor nostrum, quatenus in dies magis magisque vere filii eius efficiamur.

Nostras anxietates et preoccupationes, simul ac vestras, protectioni Matris nostrae, SS. Rosarii Reginae, necnon benedictioni Smi. Patriarchae nostri fidenter committimus, ut suo auxilio fecundatas Salvatori nostro offerant, a Quo omne bonum procedit perfectum, et in QUO tota spes nostra nititur.

Datum S. Jacobi, in Conventu nostro Dominae Nostrae de Bethlehem Recollectionis, Kalendis Julii, Anno Domini 1956.

## I — DENUNTIATIONES

1. Denuntiamus Revmum. Patrem sanctae memoriae fr. Emmanuelem Suárez, commissionem Capituli Generalis 1946 (n. 141) exequendo, adito die 18 Junii 1947 Revmo. ac Excmo. D. Alafrido Cifuentes, Archiepiscopo Serenensi et Visitatore Apostolico, exhibitoque S. Congregationis de Religiosis diei 29 Aprilis eiusdem anni documento, finem Visitationi Apostolicae, cui per septem annos Provincia nostra obnoxia erat, per litteras diei 22 Augusti 1947, imposuisse (Appendix I).

2. Denuntiamus eundem Revmum. P. Mag. Generalem, litteris diei 5 Januarii 1952, Domum nostram Vallisparadisi in Conventum formalem erexisse, et sic numerum conventuum formalium complevisse (App. IV).

3. Magno cum gaudio denuntiamus eundem Revmum. P. Mag. Gen. fr. Emmanuelem Suárez, die 5 Januarii 1952, propria auctoritate Provinciam nostram, quae per Visitatorem Apostolicum uti talis suppressa fuerat, restituisse atque erexisse, cum omnibus iuribus et obligationibus quae, ad normam iuris communis et nostrarum Constitutionum, eidem competunt (App. V).

4. Denuntiamus eundem Revmum. P. Mag. Generalem, diebus 4-5 Januarii 1952, Consilium plenarium Provinciae coadunasse, cui omnes etiam Superiores locales interfuerunt, eique vim Capituli Provincialis contulisse (App. VI).

5. Denuntiamus Revmum. P. Mag. Gen. fr. Michaëlem Browne, litteris diei 22 Novembris 1955, facultatem fecisse nostrae Provinciae coadunandi Capitulum Provinciale electivum, incipiendum a die 21 Aprilis 1956 (App. VII).

6. Denuntiamus eundem Revmum. P. Mag. Generalem, litteris dierum 23 Novembris 1955 et 19 Januarii 1956 respective, dispensationem, pro conventu Vallisparadisi, super n. 260 Constitutionum, ad effectum fruendi iuribus domorum prioralium, elargisse (App. VIII).

7. Denuntiamus Adm. R. P. Provincialem fr. Josephum Ortea, litteris diei 8 Februarii 1956, legitime Capitulum in conventu Recollectionis Dominicanae convocasse.

8. Denuntiamus Adm. R. P. Provincialem, die 14 Aprilis 1956, ad normam nostrarum Constitutionum (n. 507, & III) Consilium Provinciae coadunavisse ad praeparandum tractatum Capituli, in eoque constituisse tres iudices vocum ex sequentibus Patribus Provinciae: Adm. RR. PP. fr. Humberto Figueroa, fr. Alberto Cabezas et fr. Dominico Baeza.

9. Denuntiamus Adm. R. P. Provincialem, audito Consilio Provinciae, sequentes commissiones instituisse pro praeparandis quaestionibus in plenariis sessionibus Diffinitorii tractandis:

*I Commissio. — De statu personali et disciplinari*

Adm. RR. PP. fr. Humbertus Figueroa, praeses
fr. Carolus R. de Gamboa
fr. Eleutherius Mateos
fr. Josephus Ma. Silva

*II Commissio. — De statu oeconomico*

Adm. RR. PP. fr. Carolus R. de Gamboa, praeses
fr. J. Baptista Castaño
fr. Petrus Moure

*III Commissio. — De praedicatione, ministerio et missionibus*

Adm. RR. PP. fr. J. Baptista Castaño, praeses
fr. Carolus R. de Gamboa
fr. Dominicus Baeza

*IV Commissio. — De Tertio Ordine Saeculari et Confraternitatibus*

Adm. RR. PP. fr. Josephus Ma. Silva, praeses
fr. J. Baptista Castaño
fr. Dominicus Baeza

*V Commissio. — De vocationibus nostris*

Adm. RR. PP. fr. Albertus Cabezas, praeses
fr. Eleutherius Mateos
fr. Josephus Ma. Silva

10. Denuntiamus Revmum. P. Mag. Gen. gr. Michaelem Browne, per litteras diei 20 Martii 1956 (Prot. N. 379/55), ad dubium propositum circa ius vocis activae Adm. R. P. Vicarii Provinciae fr. Josephi Ortea, sic benigne rescripsisse: "Cum Adm. R. P. Provincialis Provinciae Nostrae Sancti Laurentii Martyris de Chile dubium Nobis proposuerit: an ipse, ab officio Provincialatus cessante, vocem activam habeat in proximo Capitulo Provinciali eiusdem Provinciae, tanquam Vicarius Provinciae, singulis rationibus perpensis, vi facultatis Nobis in n. 43 nostrarum Constitutionum concessae, ad propositum dubium affirmative respondemus, seu: Adm. R. P. Provincialem fr. Josephum Ortea, O. P., vocem activam in praedicto Capitulo habere".

11. Denuntiamus litteras testimoniales Priorum eorumque Sociorum iudicibus vocum exhibitas ab eisque approbatas fuisse, quin ulla difficultas emerserit, ad normam Constitutionum (nn. 361, & IV; 507, & IV; 1.° 508, & I).

12. Denuntiamus Adm. RR. PP. Vocales Capituli, nempe:

fr. Josephum Ortea, Vicarium Provinciae,
fr. Carolum R. de Gamboa, Priorem Conventus Maximi Jacobopolitani,
fr. J. Baptistam Castaño, Priorem Conventus Recollectionis,
fr. Emmanuelem Acuña, Priorem Conventus Vallisparadisi,
fr. Humbertum Figueroa, Praed. Gen. et Ex-Provincialem,
fr. Albertum Cabezas, Ex-Provincialem,
fr. Dominicum Huerta, Praed. Generalem,
fr. Dominicum Baeza, Patrem Provinciae,
fr. Josephum del T. Poblete, Socium Prioris Conventus Maximi,
fr. Antonium Bruna, Socium Prioris Conventus Recollectionis,
fr. Carolum Vasquez, Socium Prioris Conventus Vallisparadisi,

die 20 Aprilis 1956 in Conventu Recollectionis Dominicanae convenisse et, invocato Spiritu Sancto:

*In Actuarios Capituli:*

RR. PP. fr. Eleutherium Mateos, Lect. et Iur. Can. Lic.,
fr. Innocentium Mihojevic, Lect. et S. Scrpt. Prolytam.

*In Diffinitores Capituli:*

RR. PP. fr. Carolum R. de Gamboa, I Diffinitorem,
fr. Emmanualem Acuña, II Diffinitorem,
fr. Dominicum Huerta, III Diffinitorem,
fr. Petrum Moure, IV Diffinitorem,

canonice elegisse.

13. Denuntiamus, die 21 Aprilis 1956, celebrata Missa de Spiritu Sancto, sollemnitates Capituli ad norman Constitutionum (n. 508, & III, 3.°) rite celebratas fuisse, et Adm. R. P. Vicarium Provinciae fr. Josephum Ortea brevem sermonem ad Fratres fecisse.

14. Denuntiamus provissionem Officii Provincialatus, post septem scrutinia inutilia, ad Revmum. P. Mag. Generalem devolutam fuisse.

15. Denuntiamus exemplar authenticum processus electionis Provincialis, ea ipsa die 21 Aprilis, ad Revmum. P. Mag. Generalem per publicos tabellarios missum fuisse.

16. Denuntiamus per omnes Vocales Capituli, ad normam Constitutionum (N. 509, III, 2.°), electos fuisse:

a) in Diffinitorem primi Capituli Generalis, R. P. Lect. ac Doct. fr. Aemilium Omeñaca;
b) in Diffinitorem secundi Capituli Generalis, R. P. Lect. ac Doct. fr. Petrum Moure;
c) in Socium Diffinitoris primi Capituli, R. P. fr. Josephum del T. Poblete;
d) in Socium Diffinitoris secundi Capituli, R. P. fr. Emmanuelem Acuña;
f) in Socium Provincialis euntis ad Capitulum Generalem, R. P. fr. Carolum Vásquez.

17. Denuntiamus Diffinitorium Capituli, ad normam Constitutionum (n. 509, & V, 1.°), relationes de statu personali, disciplinari et oeconomico tum Provinciae, tum eiusdem singularum domorum, a respectivis Superioribus exhibitas, recognovisse, sicuti et rationem Provincialis de acceptis et expensis, tam ad officium quam ad personam pertinentibus, durante suo munere, et ita se pronuntiasse:

a) Relationes Conventus Maximi Jacobopolitani, Recollectionis, Vallisparadisi, et domorum de Chillán et de Concepción approbatae sunt;
b) Relatio domus de Quillota reprobata est in eo quod statum oeconomicum spectat, approbata vero quoad cetera;
c) Circa relationem oeconomicam domus de La Serena, ob defectum motivationis, Diffinitorium nihil agere statuit, eamque detulit decisioni Consilii Provinciae;
d) Relatio de statu oeconomico Provinciae approbata etiam est;
e) Relatio demum de acceptis et expensis Adm. R. P. Provincialis approbata quoque fuit, addito eidem Adm. R. Patri gratitudinis voto pro adiutorio eoconomico, in forma eleemosynarum Missarum, ab eo praestito.

18. Denuntiamus examini Diffinitorii sequentes relationes administrativas subjectas, nempe:

a) Confraternitatis Ssmi. Rosarii Conventus Maximi;
b) Associationis Sti. Pancratii eiusdem Conventus:
c) Collegii "Academia de Humanidades" conventus Recollectionis;
d) Ephemeridis "El Mensajero del Rosario";

cunctasque approbatas fuisse; ephemeridis vero Administratio seorsim a Directione agi iussa est.

19. Denuntiamus R. P. Lect. ac Doct. fr. Petrum Moure per Diffinitorium in Syndicum Provinciae confirmatum fuisse.

20. Denuntiamus Adm. RR. PP. fr. Humbertum Figueroa et fr. Albertum Cabezas per Diffinitorium in Depositarios Provinciae electos fuisse.

21. Denuntiamus R. P. Lect. fr. Dominicum M. Soto per Diffinitorium in Archivistam Provinciae electum fuisse.

22. Denuntiamus RR. PP. fr. Aemilium Omeñaca, fr. Raymundum Kupareo, fr. J. Baptistam Castaño et fr. Petrum Moure in examinatores librorum imprimendorum per Diffinitorum designatos fuisse.

23. Denuntiamus R. P. fr. Josephum M. Silva in Promotorem Provincialem Tertii Ordinis Saecularis per Diffinitorium institutum fuisse.

24. Denuntiamus R. P. fr. Carolum Vásquez in Promotorem Provincialem vocationum nostrarum per Diffinitorium institutum fuisse.

25. Denuntiamus Adm. R. P. fr. Carolum R. de Gamboa per Diffinitorium in Promotorem causae Canonizationis Bti. Martini de Porres renuntiatum fuisse.

26. Denuntiamus R. P. fr. Antoninum Benfatto per Difinitorium in Administratorem ephemeridis "El Mensajero del Rosario" institutum esse.

27. Denuntiamus Diffinitorium Capituli sequentes institutiones peregisse:

a) R. P. fr. Dominici Pérez, in Vicarium Domus de Chillán;
b) R. P. fr. Antonini Benfatto, in Directorem Sodalitii Tertii Ordinis Saecularis, qui sedem habet in Conventu Maximo Sti. Jacobi;
c) RR. PP. fr. J. Baptistae Castaño et fr. Caroli Vásquez, in Directores Spirituales juvenum Collegii "Academia de Humanidades";

item sequentes assignationes decrevisse:

d) R. P. fr. Caroli Vásquez, in conventu Recollectionis;
e) R. P. fr. Aurelli Villar, in conventu Vallisparadisi.

28. Denuntiamus conventus et ecclesias in civitatibus de Concepción et de Chillán, violentissimo terraemotu anni 1939 dirutas, de novo ingentibus Provinciae nostrae sumptibus aedificatas vel restauratas fuisse. Cum vero huiusmodi labores opera et directione RR. PP. fr. Guillelmi Mardones (f. r.) et fr. Dominici Huerta ad finem perducti fuerint, qui strenue et magna cum peritia in eis adlaboraverunt, grates ipsis libenter impendimus; quod autem conventum de Concepción spectat, justum est ut grati animi sensus exprimamus etiam Adm. R. P. fr. Carolo R. de Gamboa, tunc temporis Vicario Provinciali, cuius consilio opus ortum habuit.

29. Denuntiamus Provinciam nostram possessionem cepisse domorum et conventuum qui Patribus Provinciae Aragoniae commissi fuerant, postquam relati Patres, occasione terraemotus 1939, eosdem reliquerant.

30. Denuntiamus Excmum. ac Revmum. Visitatorem Apostolicum conventus de Cauquenes, de Talca et de San Felipe suppressisse, qui partem Provinciae ab antiquis temporibus efformabant.

31. Denuntiamus Revmum. P. Mag. Gen. fr. Emmanualem Suárez, illico postquam finem Visitationi Apostolicae imposuerat, Visitationem canonicam Provinciae peregisse, et Socium eius Revmum. P. fr. Emmanuelem I. Hernández per breve tempus nobis praefuisse.

32. Denuntiamus eundem Revmum. P. Mag. Generalem, die 19 Augusti 1947, Adm. R. P. Lect. et Doct. atque Ex-Prov. fr. Thomam Tascón in Vicarium eius, cum omnibus facultatibus quae Patribus Provincialibus competunt, Provinciae nostrae dedisse, unaque Consilium Provinciae instituisse (App. II).

33. Denuntiamus eundem Revmum. P. Mag. Generalem, litteris diei 18 Iunii 1948, potestatem etiam Vicarii Magistri Ordinis eidem Adm. R. P. fr. Thomae Tascón contulisse (App. III).

34. Denuntiamus, Adm. R. P. fr. Thoma Tascón ad aliud officium assumpto, Revmum. P. Mag. Gen. fr. Emmanuelem Suárez, litteris diei 13 Septembris 1953, Adm. R. P. Lect. ac Doct. fr. Josephum Ortea in Priorem Provincialem nostrae Provinciae instituisse.

35. Denuntiamus Domum Novitiatus denuo instauratam esse in conventu Recollectionis, servatis de iure servandis, et Adm. R. P. Provincialem fr. Thomam Tascón Magistrum Novitiorum in persona Adm. R. P. fr. Humberti Figueroa, die 20 Martii 1952, instituisse.

36. Denuntiamus Adm. R. P. Provincialem fr. Josephum Ortea, auctoritate Revmi. P. Mag. Generalis ei commissa per litteras diei 27 Martii 1954, et praevia declaratione cessationis in officio Adm. R. P. fr. Humberti Figueroa, novum Magistrum Novitiorum in persona

R. P. Lect. ac Iur. Can. Lic. fr. Eleutherium Mateos, die 17 Maii eiusdem anni, instituisse.

37. Denuntiamus Revmum. P. Mag. Gen. fr. Michaelem Browne, per litteras diei 12 Maii 1955, Studium Provinciale in conventu Recollectionis instituisse, et Lectorem Primarium in persona Adm. R. P. Lect. fr. Alberti Cabezas ei dedisse, simulque Adm. R. P. Provinciali nominandi Secretarii Studiorum facultatem tribuisse (App. IX).

38. Denuntiamus Fratres Studentes ac Novitios, qui in conventu Sti. Dominici bonaërensi studia vel Novitiatum peragebant, ob eversionem politicam mensis Iunii 1955, ad nos migrare debuisse, et in conventu Recollectionis cursum academicum et Novitiatum respective complevisse.

39. Denuntiamus Emmum. ac Revmum. Cardinalem Josephum M. Caro Archiep. Sti. Jacobi de Chile, per decretum diei 30 Septembris 1955, novam paroeciam Sti. Vincentii Ferrerii, cum sede in ecclesia nostra apud "Apoquindo", erexisse, paroeciamque auctoritate S. Sedis et Revmi. P. Mag. Generalis, uti paroeciam religiosam "ad nutum S. Sedis", a Consilio Provinciae acceptatam esse (App. X).

40. Denuntiamus praefatam paroeciam Sti. Vincentii Ferrerii de Apoquindo die 8 Aprilis 1956 inauguratam fuisse, postquam R. P. Lect. fr. Dominicus M. Soto ab Excmo. Ordinario loci Vicarius Oeconomus institutus est.

41. Denuntiamus Revmum. P. Mag. Generalem, votis annuentem Consilii Provinciae, per litteras diei 12 Maii 1955, RR. PP. Lectores fr. Thomam Latorre (f. r.) et Dominicum Huerta in Praedicatores Generales instituisse.

42. Denuntiamus Revmum. P. Mag. Gen. fr. Michaelem Browne, per litteras diei 12 Maii 1955, dispensationem ad quinquennium benigne elargisse super n. 227, & I. 1.º nostrarum Constitutionum, ita ut, loco 30 Missarum quas quilibet sacerdos celebrare debet per annum, Provincia nostra unam dumtaxat in qualibet anni hebdomada celebrare teneatur (App. XI).

43. Denuntiamus S. Congregationem de Religiosis, per rescriptum diei 12 Maii 1956, sacerdotibus in Provincia nostra assignatis facultatem diebus ferialibus binandi in favorem Sororum et Religiosorum Laicorum concesisse (App. XII).

44. Denuntiamus Fratres nostros sacerdotes, qui non sunt servicio paroeciali addicti, posse, vi rescripti S. Congregationis de Religiosis diei 22 Iunii 1955, eleemosynam accipere pro Missis diebus dominicis et de praecepto binatis; facultate ad quinquennium duratura (App. XIII).

45. Denuntiamus Annum Jubilaei Mariani in omnibus nostris ecclesiis et domibus magna pompa et pietate celebratum esse.

46. Denuntiamus feste quinquies Centennaria Sti. Vincentii Ferrerii digne in nostra Provincia celebrata esse.

47. Denuntiamus, occasione felicis recurrentiae Octogessimi anniversarii natalis SS. Pii PP. XII, Ordinis Tertiarii et amantissimi Pro-

tectoris, sollemnissimas triduanas supplicationes in omnibus nostris ecclesiis celebratas fuisse, et quidem cum extraordinario fidelium concursu, radialis insuper disseminationis conferentiis auctas fuisse.

48. Denuntiamus in Pontificia Universitate Catholica Chilensi quinque ex nostris Patribus professores lectiones cum plausu tradere.

49. Denuntiamus quod, accepto nuntio lugentissimae mortis Revmi. P. Mag. Gen. fr. Emmanuelis Suárez, sollemnissimae exequiae in omnibus nostris ecclesiis celebratae sunt, quibus viri Primates Ecclesiae et Status, necnon ingens fidelium numerus interfuerunt.

50. Denuntiamus ad nos pervenisse triste nuntium piissimae mortis Adm. R. P. fr. Francisci Vásquez, qui auctoritate Commissarii Apostolici nostram Provinciam ad plures annos cum prudentia et zelo gubernaverat, cuius animam precibus omnium in Domino commendamus.

51. Denuntiamus per Diffinitorium statutum fuisse proximum Capitulum Provinciale in Conventu Maximo Jacobopolitano in prima medietate mensis Ianuarii anni 1960 celebratum iri.

## II — GRATIARUM ACTIONES

52. Diffinitorium huius Capituli, primi post a. D. 1952 Restaurationem, totius S. Laurentii Martyris Provinciae affectibus consonans, gratias ex intimo corde iis pandit Provinciis, quae nos personali tributo generose, ut quam citius desideratam attingeremus resurrectionem, juvarunt; speciali modo Ssmi. Rosarii Philippinarum Provinciae debitores sumus, quae nos variis iisque optimis filiis roboravit, ex quibus quatuor validum hucusque nobis praebent fulcimen. Diffinotorium publice pandit elogium meritorii laboris RR. PP. fr. Thomae Tascón et fr. Josephi Ortea, qui, utpote exequentes Revmi. Mag. Generalis opifices, magna cum constantia, charitate et prudentia principalem oneris et laboris partem in hoc restaurationis opere portaverunt. Dolenti insuper animo Diffinitorium, totius nomine Provinciae, postremum grati cordis filialisque amoris obsequium Revmo. P. Emmanueli Suárez Generali Magistro, patri optimo et amico praestat sincero, cuius bonitatem filii huius Provinciae nusquam oblivioni tradent, quippe cui defensionem solicitam, Restaurationem magno pretio habitam paternamque praeocupationem assiduam agnoscunt et debent. Suae bonitatis memoria in oculis planctum renovans et in cordibus angorem, erit nobis potens augendae et in melius efformandae Provinciae stimulus, pro qua sine dubio Rdmus. P. Suárez in coelis a B. Patriarcha Dominico opem implorat.

53. Justum quoque est ut Adm. R. P. fr. Stephano Gómez gratum animi sensum exprimamus, qui, auctoritate Revmi. P. Mag. Generalis auctus, plurima Provinciae nostrae negotia oeconomica, eaque maioris momenti, ad felicem exitum perduxit.

## III — DE STATU PERSONALI ET VOCATIONIBUS NOSTRIS

54. *Petitio.* Cum Provincia nostra septem domibus constet, ex quibus duae collegium habeant unaque Universitatem Artium adnexam; cumque triginta duos dumtaxat sacerdotes enumeret, ex quibus nonnulli aetate vel infirma valetudine laboribus impares sint, Diffinitorum, una cum Patribus Provinciae, sequentem petitionem formulavit:

1.º pro immediata problematis solutione:

a) a Provinciis Americae Septentrionalis sex docendi muneri idoneos Patres postulare, qui suorum obtenta venia Provincialium, simpliciter per Revmum. P. Mag. Generalem Provinciae nostrae assignentur;
b) eundem in finem eodemque processu, a Provinciis Hispaniae alios sex exquirere Patres pro educandis vel est spiritualiter nostris juvenibus dirigendis, necnon pro regendis alumnis Universitatis de Concepción pensione in conventu nostro gaudentibus;
c) his Diffinitorium praemittet et Capituli nomine ad Revmum. Mag. Ordinis supplicem diriget libellum, qui, si approbatus fuerit, respectivis Provincialibus exhibebitur, quo promptius citiusque auxilium nobis praebeant;
d) Adm. R. P. Provinciae Argentiniae Provinciali epistolam item Diffinitorii nomine mittere, qua nostrum commodum animique voluntas R. P. Lect. et Doct. fr. Albertum Pesce inter nostrates recipiendi manifestetur, memores cum simus eiusdem Patris hcc esse desiderium et ipsum nobiscum commorantem validum maximaeque utilitatis ministerium exercuisse.

2.º Quo autem huic aegrae nostratum exiguitati diutine occurratur, Diffinitorium, praeter illa quae circa Scholam Apostolicam et vocationes statuuntur, sequentia quoque, antepositum quidem praeferens, approbat:

a) duas domos vel conventus, per Consilium Provinciae decernendos, communitatibus Ordinis ex aliis Provinciis locare, cum iure fruendi omnibus sui laboris emolumentis, sub auctoritate tamen immediata Provincialis et Consilii huiusce nostrae Provinciae;
b) duas domos vel conventus, item per Consilium Provinciae designandos, alteri Provinciae, cum praeferentia Hispanicae, ad tempus mutuo stabiliendum tradere, solaque conditione interposita ut quaerere et pro posse vocationes pro Provincia nostra formare satagat.

55. *Admonitio.* Scholarum nostrarum moderatores monemus, ut laboribus suis opera apostolatus laicalis, uti cathechesim, catholicae litteraturae divulgationem similiaque adscire satagant, quatenus apostolatus spiritus inter alumnos foveatur possibilesque inter eosdem religiosae vocationes excitentur.

56. Dato quod, favente Dei gratia, vocationes religiosae non desunt; dato etiam quod locus actualis Scholae Apostolicae hodiernis exigentiis minus adaequatus sit, *ordinamus* ut nova aedes pro Schola Apostolica in praedio Apoquindo construatur.

57. *Ordinamus* ut omnes Superiores locales, per se vel per aliquem Patrem a se designatum, sedulam adhibeant operam ut iuvenes, qui signa vocationis praebere dignoscuntur, speciali cura prosequantur et ad nostram Scholam Apostolicam mittant, simulque P. Provinciali in fine anni de hoc referant.

58. *Ordinamus* ut iuvenes nostri adspirantes, sicut et novitii et Fratres studentes, in cantu et organo, adhibitis idoneis magistris, exerceantur.

59. Adm. R. P. Provinciali *committimus* ut, de consensu Consilii Provinciae, ipse studeat ac decernat de modo et tempore magis opportuno novam aedem pro Schola Apostolica construendi, simulque a Revmo. P. Mag. Generali, sufficientem numerum religiosorum pro institutione ac formatione invenum in hac nova sede a Revmo. P. Mag. Generali obtinere satagat.

60. *Committimus* Adm. R. P. Provinciali ut videat de modo providendi locum aptum pro requie aestivali tam Fratrum quam nostrorum adspirantium.

61. *Declaramus* Adm. R. P. Provincialem fr. Thoman Tascón, expleta Visitatione Apostolica, Scholam Apostolicam in conventu Recollectionis anno 1949 restauravisse, postquam opportunae refactiones in eadem peractae fuerant.

## IV — DE DISCIPLINA REGULARI

62. Omnes et singulos Fratres nostros *admonemus* et enixe in Domino hortamus ut, spiritu charitatis semper imbuti, pacem et veram concordiam inter se foveant, menores illius praecepti Regulae Sti. Augustini: "Primum, propter quod in unum estis congregati, ut unanimes habitetis in domo, et sit vobis anima una et cor unum in Deo"; signanter vero, ut maximam diligentiam adhibeant ne cum personis Ordini extraneis quidpiam de rebus, quae vitam communitatis vel alicuius nostri religiosi spectant, unquam loquantur; sed bonam famam omnium apud omnes omnibus mediis defendant.

63. *Admonemus* Superiores omnes ut, ad normam nn. 595, & II nostrarum Constitutionum, in locis ubi esus carnium bis in die in usu adhuc est, iam amplius id non permittant.

64. Cum pietas sit unum a praecipuis signis vocationis religiosae et optimum medium ad eam fovendam, Fratres nostros omnes *admone-*

*mus* ut in spiritu pietatis se sedulo exerceant et hac in re exemplum se aliis praebeant.

65. *Ordinamus* et conscientiam Praelatorum super se gravamus, quatenus Ieiunium cuiuslibet Feriae VI totius anni rigurosius observetur, in spiritu salutaris poenitentiae et ut Deus O. M. optimas vocationes nobis concedere dignetur.

## V — DE RE OECONOMICA

66. *Admonemus* omnes Superiores locales quatenus, ad normam nostrarum Constitutionum (nn. 489; 271, & II; 244, & I), de provisione ephemeridum ac librorum pro bibliotheca domus, necnon de refactione ac melioratione ipsius domus, maximam curam adhibeant.

67. *Ordinamus* ut Capsa Provinciae sequentium apportatione praediorum constituatur:

a) coloniae Manuel Montt dictae, quam Conventus Maximus, servatis servandis, Provinciae tradet;
b) domorum locationis in Serena necnon fundi Apoquindo, quae conventus Recollectionis, servatis item servandis, Provinciae concedet.

68. Ad normam n. 509, & V, 6.° et 7.° nostrarum Constitutionum, *ordinamus* ut:

a) Priores conventuales, absque suo Consilio, non ultra summam 20.000 pesuum (US$ 40) menstrualiter expendere valeant, hac tamen ratione ut in Libro Syndici expressa et clara impendii mentio assignetur;
b) Prior conventualis, cum suo Consilio, summam menstruam 100.000 pesuum (US$ 200) expendere tantum valeant;
c) Prior Provincialis licentiam dare potest Prioribus conventualibus expendendi summam 200.000 pesuum, (US$ 400) haud maiorem, praevia tamen Consilii conventualis approbatione;
d) Ipse Adm. R. P. Provincialis per se, absque Provinciae Consilio, potest quolibet mense summam non ultra 50.000 pesuum (US$ 100) ex Provinciae Deposito expendere, ita tamen, ut in Libro Syndici Provinciae de impensione clare et expressè constet;
e) Prior Provincialis auctoritatem Superioribus Domorum non prioralium conferre valeat expendendi summam menstruam 100.000 pesuum (US$ 200).

69. Ad norman nostrarum Constitutionum (N. 509, & V, 8.°), *ordinamus* ut Conventus vel Domus respective sequentes ordinarias contributiones Deposito Provinciae solvant:

a) Conventus Maximus, monetae nationalis 500.000 quolibet mense;
b) Conventus Recollectionis, praeter expensas sustentationis adspirantium, novitiorum ac Fratrum studentium, 50.000 pesuum in anno;
c) Domus de Quillota, 10% omnium proventuum (entradas brutas);
d) Conventus Vallisparadisi et domus de Chillán et de La Serena, 5% omnium proventuum, ut supra;
e) Domus de Concepción, 2% omnium proventuum, ut supra.

Quod si aliqua Domus vel Conventus praefatam summan solvendi impar evadat, dispensationem a P. Provinciali petet, qui procedere debet ad norman n. 512, &-III Constitutionum.

70. *Ordinamus* ut in omnibus Domibus et Conventibus lex Depositi ad mentem et litteram nostrarum Constitutionum observetur; particulatim volumus computationem bancariam tribus subscriptionibus, Superioris videlicet duorumque Depositarium et, in parvis domibus, Superioris et Syndici, constari, ita ut quaelibet bancaria nota duas semper subscriptiones exhibeat.

71. *Ordinamus* ut omnes ingressus, undelibet proveniant, integri ad Depositum transeant, et Officiales a Depositariis pecuniam pro expensis necessariam exquirant.

72. *Ordinamus* ut cuiuslibet Domus vel Conventus Consilium determinet summam quam singuli officiales in mense expendere valeant.

73. *Ordinamus* ut omnes Domus et Conventus Librum Generalem habeant Inventariorum, ad mentem n. 873 nostrarum Constitutionum, quem Superior cessans completum ac subscriptum successori suo exhibebit.

74. *Ordinamus* ut, ad mentem n. 874 nostrarum Constitutionum, quilibet Officialis proprium Inventarii Librum componet, bona ac utensilia ad suum officium pertinentia complectentem, quem pari modo successori suo completum ac firmatum transmittet. Atque haec ordinatio eos quoque spectat qui quibuscumque institutionibus culturalibus, socialibus vel beneficis, nostrae Provinciae commissis, praesunt.

75. *Ordinamus* ut omnes ii, quibus quocumque modo oeconomica bonorum Provinciae administratio incumbit, praesentes habeant ns. 860 et 861 nostrarum Constitutionum, quando de bonis tam mobilibus quam immobilibus alienandis agitur et super hoc gravatae Superiorum conscientiae maneant.

76. *Committimus* Adm. R. P. Superiori Ssmae. Conceptionis, fr. Dominico Huerta quatenus studium circa possibilitatem Domorum locationis in nostri Conventus terreno aedificandarum peragat, et de eo Provinciae Consilium certius reddat.

78. Eidem Adm. R. P. Provinciali *committimus* ut de reductione Missarum fundatarum, quae omnes Domus Provinciae gravant, apud S. Sedem agat.

79. *Declaramus* per Diffinitorium Capituli propositum domus quattuor contignationum in nostra proprietate de Quillota aedificandae prosequi, modo iam per Consilium Provinciae approbato, certis insuper additis conditionibus servatisque de iure servandis, confirmatum fuisse.

80. *Declaramus* Academiae Humanitatum per Diffinitorium auctoritatem factam esse ut propriam computationem ducat seorsim, sicuti hucusque moris erat, annualis tamen summarum conclusio in Libro Depositi conventus Recollectionis adnotetur.

81. *Declaramus* Adm. RR. PP. fr. Josephum M. Silva, fr. Raymundum Ramirez et fr. J. Baptistam Castaño debite vocatos Diffinitorio se sistisse, ibique aspectus quosdam rei oeconomicae conventus Recollectionis in suo Prioratu gestae quemque illorum luculenter illustrasse. Speciali laude dignus Patris Ramirez labor, quo liquatio contentionis de Apoquindo illuminatur, inventus est.

## VI — DE PRAEDICATIONE

82. Ad mentem Capituli Generalis, Romae 1955 celebrati (n. 36), Superiores Fratresque omnes enixe in Domino *admonemus* ut praecipuum Ordinis finem, unde "Praedicatores" nominamur, semper prae oculis habeant, et Constitutionum ac Capitulorum Generalium praescripta de mediis pro debita praeparatione ad tam grave praestantissimumque ministerium exercendum diligenter observent, ea signanter quae de assidua lectione S. Scripturae, SS. Patrum et operum Sti. Thomae statuuntur; sed et documenta S. Sedis recentiora, in iis praecipue quae cathechesim, homileticam et nostrae aetatis problemata respiciunt, alte corde teneant et mente pervolvant.

83. In memoriam nostrorum Missionariorum revocamus ea quae de sanctitate vitae et de obligatione boni exempli praebendi in divini verbi praecone, tam salubriter tamque instanter in documentis S. Sedis, in Constitutionibus nostris et in Actis Capitulorum Generalium statuuntur.

84. *Ordinamus*, et Adm. R. P. Provinciali committimus, ut tempore vacationum aestivalium, indicere curet cursum de Praedicatione, cui Patres iuniores et ipsi Superiores locales adsistere teneantur. Ad hoc vero melius peragendum, P. Provincialis conficere curet programma thematum et horarum, et idoneos professores adciscat; cursus autem in duas partes dividatur: a) breves synopsis Eloquentiae Sacrae; b) tractatus de materiis quae in Missionibus popularibus tradendis proponi solent.

85. Ad opus missionum popularium fructuosius peragendum, *ordinamus* et Adm. R. P. Provinciali committimus, ut coetus Missionariorum constituantur, qui, tempore vacationum aestivalium et de

venia Revmorum. Ordinariorum locorum, missiones populares una simul in determinata dioecesi vel paroecia peragant.

86. *Ordinamus*, et Adm. R. P. Provinciali committimus, ut, Consilio cum P. Directore Scholae Apostolicae collato, cursum Vocalizationis et Recitationis instituat inter invenes adspirantes.

87. *Committimus* Adm. R. P. Lect. ac Praed. Gen. fr. Dominico Huerta, ut conficere curet programma thematum et methodi missionum popularium, prout mos est in hac nostra Natione peragere.

88. Ad mentem n. 39 Actorum Capituli Generalis 1955, Adm. R. P. Provinciali vel, de eius Consilio, alicui Patri idoneo, *committimus* ut ad praxim reducere satagat ea quae ibidem tam pulchre decernuntur.

## VII — DE CONFRATERNITATIBUS ET TERTIO ORDINE SAECULARI

89. *Ordinamus* Rectoribus collegiorum nostrorum ut inter suos alumnos Militiam Angelicam instituere et propagare curent.

90. *Ordinamus* Directoribus Tertii Ordinis Saecularis necnon Confraternitatum nostrarum ut, normis Primi Concilii Plenarii Chilensis adsentientes, proprias Associationes Actioni Catholicae jungant eique, sub moderamine Hierarchiae, mutuam operam conferant.

91. *Ordinamus ut* ephemerides "El Mensajero del Rosario" ita disponatur, quatenus non solum Confraternitatis Ssmi. Rosarii, verum etiam Tertii Ordinis aliarumque nostrarum Sodalitatum organum efficiatur.

92. Cum Opus "Legio Mariae" uni ex nostris Patribus commissum sit, *ordinamus* ut omnes religiosi nostri hanc apostolatus mariani formam ubique propagare et in ecclesiis nostris instituere satagant.

93. Ut alumni scholarum nostrarum amorem ac venerationem erga missionum Ecclesiae opus maiorem concipiant, *ordinamus* religiosis nostris in collegiis laborantibus, quatenus debite conferentiis aliisque propagationis formis adhibitis, collectionis missionalis (DUM) diem praeparent et collectionis reditus ad Nationalem fidei propagandae Directorem transmittant.

94. *Committimus* Adm. R. P. fr. J. Baptistae Castaño, Operis "Defensa de la fe" Nationali Directori, ut Confraternitatem Ssmi. Nominis Dei, tanquam medium aptum ad fidem melius tuendam et Jesu-Christi divinitatem adstruendam, inter socios instituere procuret.

95. *Declaramus* per Diffinitorium Adm. R. P. fr. Josepho Ortea, ut Directionem "Cruzada del Rosario en familia" dictam, pro pace inter totius orbis populis impetranda, in ordinem redigeret eique praesideret commissum fuisse.

96. *Declaramus* in ecclesia Conventus Maximi Sanctijacobi, inde iam ab anno 1948, de consilio Adm. R. P. Provincialis fr. Thomae Tascón, sine interruptione ad nostra usque tempora, recitationem radialem quotidianam Rosarii B. M. Virginis, una cum praedicatione

verbi Dei aliove pio exercitio, per tres integros quadrantes, magno cum animarum fructu plausuque populi, a Fratribus nostris peragi.

97. *Declaramus* in eadem ecclesia Conventus Maximi devotionem erga sic dictam "Beatam Mariam Virginem a Rosario de Pompeia" maximum incrementum sumpsisse, adeo ut qualibet anni Feria V ecclesia incapax sit tantam fidelium multitudinem continendi, qui a primis usque ad nocturnas horas vota sua ad pedes Beatissimae Matris effundunt, et quamplures Patres ad multas horas ministerio confessionali addici et s. Communionem continuo a mane usque ad meridiem distribuere debere. Favorum omnis generis gratiarumque coelestium ingens numerus impetrari pie creditur.

98. Item *declaramus* praefatam erga B. Virginem a Rosario de Pompeia devotionem ad omnes ecclesias Ordinis in Republica Chilensi se propagasse et in dies incrementum capere.

99. *Declaramus* Confraternitatem Ssmi. Rosarii, quae sedem habet in ecclesia Conventus Maximi, recitationem Rosarii, adhibito diplomate, in plusquam 400 familiis instituisse; et id idem in ecclesia nostra de Concepción ad praxim deductum esse.

100. *Declaramus* in ecclesia nostra paroeciali de Chillán, Associationem Rosarii Viventis et Rosarii Perpetui optima organizatione donatam esse, et plusquam 500 socios in 18 choros distributos numerare.

101. *Declaramus* opus sociale "El Ropero del pobre" vulgo dictum, in omnibus ecclesiis nostris institutum esse, et a confratribus piarum Associationum atque Tertii Ordinis Saecularis magno cum fructu conduci.

102. *Declaramus* devotionem erga S. Pancratium Martyrem, quae in ecclesia Conventus Maximi iam a pluribus annis vigebat, merito et opera R. P. fr. Benjamini Martinez (f. r.) in immensum crevisse et valde adhuc prospere se gerere; ad fovendam vero huiusmodi devotionem, a praedicto Patre fundatum esse opus sociale, vulgo "Asociación San Pancracio", quae plusquam 50.000 socios enumerat, et sequentes activitates exercere: "Universidad de profesiones prácticas", "Policlínico San Pancracio", "Cooperativa San Pancracio", "Clínica Dental San Pancracio", "Consultorio jurídico San Pancracio", in quibus innumeri viri et mulieres, juvenes praeprimis, una cum formatione religiosa, consilium, adsistentiam, institutionem practicam et culturalem gratis recipere cernuntur.

103. Item *declaramus* similia in honorem S. Pancratii Opera Socialia in ecclesiis nostris de Concepción, de Quillota et de La Serena vigere.

## VIII — DE CONSILIO PROVINCIAE

106. *Petitiones*. A Revmo. P. Mag. Generali humiliter petimus:

a) ut in Patrem Provinciae, et quidem in perpetuum, Adm. R. P. fr. Raphaelem Albornoz instituere dignetur;

b) ut Priores pro tempore conventuum Recollectionis et Vallisparadisi, necnon Director Scholae Apostolicae, pro munere et absque voce in Capitulo Provinciali, in Consiliarios Provinciae instituantur;

c) ut Adm. RR. PP. fr. Dominicus Huerta, Lect. et Praed-Generalis, et fr. Emmanuel Acuña in Consiliarios Provinciae usque ad sequens Capitulum Provinciali exclusive instituantur, dispensando, in quantum opus fuerit, super impedimento de quo in n. 509, & IV nostrarum Constitutionum.

## SUFRAGIA PRO VIVIS

Pro felici statu SS. D. N. Pii Papae XII, amantissimi Ordinis Protectoris; pro Excmo. Nuntio Apostolico in nostra Republica; pro Excmis. locorum Ordinariis Nationis nostrae; pro Revmo. Mag. Generali eiusque Sociis; pro Fratribus et Benefactoribus Provinciae nostrae: quilibet Conventus unam Missam celebret.

## SUFRAGIA PRO DEFUNCTIS

Pro anima SS. D. N. Pii Papae XI; pro animabus Rvmorum. PP. Mag. Generalium fr. Stanislai M. Gillet et fr. Emmanuelis Suárez; pro animabus Fratrum et Sororum Ordinis; pro animabus Benefactorum defunctorum, ac praecique huius nostrae Provinciae; quilibet Conventus unam Missam celebret.

Haec sunt Acta Capituli Provincialis electivi in conventu Recollectionis Dominicanae, a die 21 ad 28 Aprilis Anni Domini 1956, celebrati.

Datum Sancti Jacobi de Chile, in conventu Recollectionis Dominicae, sub sigillo Provinciae, die 28 Aprilis Anni Domini 1956.

In quorum fidem:

FR. JOSEPHUS ORTEA, O. P.
Vicarius Provinciae
FR. CAROLUS R. DE GÁMBOA, O. P.
primus Diffinitor
FR. EMMANUEL ACUÑA, O. P.
secundus Diffinitor
FR. DOMINICUS HUERTA, O. P.
tertius Diffinitor
FR. PETRUS MOURE, O. P.
quartus Diffinitor.
FR. ELEUTHERIUS MATEOS, O. P.
Ab Actis
FR. INNOCENTIUS MIHOJEVIC, O. P.
Ab Actis

FRATRES QUI AB ULTIMO CAPITULO PROVINCIALI, ANNO REPARATAE SALUTIS 1933 CELEBRATO IN DOMINT OBIERUNT.

1. *R. P. fr. Thomas Saldías* primam lucem vidit die 7 Decembris 1863 in civitate Chillán, ubi et Ordini nomen dedit. Vix sacerdotio auctus infelici casu morbum epilepticum contraxit, quo apostolicis eius adspirationibus obex positus est irreparabilis. Sti. Jacobi animam Deo reddidit.

2. *R. P. fr. Tulius Valladares* natus est S. Jacobi die 3 Augusti 1907. Juvenis Ordinis habitum induit juvenemque beata perennitas suscepit die 19 Maii 1937. Brevis haec vita spem defraudavit quam acumen mentis et alacer laborandi spiritus promittebant.

3. *R. fr. Petrus Riquelme Carreño* ortum habuit Milipillae die 6 Octobris 1862. Conversorum habitum in Ordine recepit, quem ad extremum tanquam fidelis legis custos et infatigabilis operarius amabat. In sinum Abrahae, die 28 Iunii 1937, deductus est, gratam sui recordationem Fratribus relinquens.

4. *R. P. Lect. fr. Josephus Thomas Valles* huic mundo editus est in oppido Lampa die 11 Augusti 1868. Ordinem professus est in Novitiatu S. Jacobi. Docendi munere necnon sacri ministerii exercitio eminuit; Superioris munus in pluribus domibus exercuit. Prior conventus Vallisparadisi, gymnasii collegium erexit, quod hucusque Provincia magna solertia conservat ac sustinet. Obdormivit in osculo Domini Quillotae, die 20 Septembris 1937.

5. *R. fr. Reginaldus Gálvez* natus est die 8 Iunii 1948, et in conventu Recollectionis Conversorum habitum suscepit professionem-

que emisit. Cordis mansuetudine et regulari observantia nulli extitit inferior. Nonaginta annos natus aeternitatis limina introivit.

6. *R. P. Lect. fr. Dominicus Espelt*, Hispanus, Uldecone Catalauniae die 3 Februarii 1884 natus, in Provincia Beticae Ordini adscriptus fuit. Venetiolam missus et coeli temperiem aegre sustinens, Provinciae incorporari petiit ac obtinuit Chilensi, ubi multiplici labore in variis conventibus quindecim annos transegit. Diem supremum S. Jacobi, anno 1939, obiit.

7. *R. P. Lect. fr. Paulus Monzón* die 25 Ianuarii 1861 in Hijar Aragoniae natus est. Ordinis in patria filius effectus, sacrum ministerium ibi et mox in America exercuit, ac tandem a. 1925 Provinciae nostrae adscriptus est. Non paucos annos Serenae transegit ibique omnium in se admirationem attraxit. Talcam dein missus, morti laetus occurrit aeternamque adeptus est mercedem die 2 Maii 1940.

8. *R. P. fr. Laurentius Valenzuela.* In pago Chépica in festo Epiphaniae natus, habitum Ordinis in conventu Recollectionis postulavit et recepit. Talcae dein parociae Immaculatae Conceptionis praefuit suorumque fidelium amorem ac venerationem angelorum societate, die 2 Martii 1940 permutavit.

9. *R. P. fr. Angelus Landabur Letelier.* Die 21 Iunii 1885 in Chanco natus, Ordinem ingressus est in conventu Chillanensi; inde Jacobopolim translatus, theologica studia perfecit. Sacerdos factus, alumnorum adspirantium primum, deinde novitiorum institutioni praefuit, ac demum Prior Conventus Talcae electus fuit. Miti indole solidaque pietate nostratum ac extraneorum amorem atraxit. Kalendis Maii 1940 beatorum agmini junctus est.

10. *R. P. fr. Salvator Millán*, Hispanus, die 17 Aprilis 1849 Legione natus, Provinciae Ssmi. Rosarii filius, haud paucos in orientis missionibus annos transegit. Insurrectio aboriginum contra Hispaniam Patrem Millán patriae restituit, unde Argentinam petiit ac demum in conventu nostro Recollectionis sedem fixit. Annis meritisque onustus die 3 Septembris 1940 placide ad superos evolavit.

11. *R. fr. Emmanuel Castro Mercado*, Jacobopoli die 5 Augusti 1866 natus, Conversorum habitum in Provincia nostra induit. Pietate fulgens, labore impiger, vitam transegit notabilem. Oeconomicum domorum ordinem pluries sustinuit, et ultimos senectutis dies tanquam ostiarius in conventu Ssmi. Rosarii Jacobolpolitano impendit. Die 27 Ianuarii 1941 beatae interventu mortis mercedem humilibus promissam recepit.

12. *Amd. R. P. Mag. fr. Rafael Mella Alvarez* natus est die 14 Decembris 1868 in Vetere Chillán, ubi praeclaris Ordinis nostri traditionibus motus, eidem nomen dedit. Sacerdotio initiatus, magistri labores in S. Thomae Collegio inauguravit et in Provinciali Studio prosecutus est. Plurimis annis Oeconomi munus in conventu Maximo tanquam fidelis custos et infatigabilis administrator exercuit. Eidem Conventui Prior diu praefuit, posteaque domus Quillotae et Talcae

rexit. Diuturna infirmitas longiori patientia lata aeternitatis civem, die 28 Aprilis 1942, effecit.

13. *Adm. R. P. Mag. fr. Thomas Godoy* primam saeculi lucem in festo Annuntiationis anni 1870 aspexit in oppido Lolol. Ordinis habitum in civitate Ssmae. Conceptionis induit, studia Sanctijacobi perfecit, ubi sacerdos ordinatus et S. Theologiae Lector renuntiatus est. Perfectiora adspirans, inter primos Collegii-Angelici de Urbe alumnos adfuit ut praeclari dotes ingenii perficeret augeretque. In Provinciam redux, per plures annos copioseque receptam in suos doctrinam discipulos effudit et etiam, Magister renuntiatus, formandis iuvenum animis ceu Studiorum Regens totus erat. Magna eius modestia invite Provincialatus onus suscepit, cui tamen plene satisfecit. Religiosus, magister et Praelatus, P. Godoy semper norma obsevantiae regularis alliciensque laboriositatis exemplar fuit. Speciali modo, novitiorum Magister, religiosum austerum omnique ex parte perfectum, intimo in corde legem quam profitebatur et docebat ferentem se praebuit. Postremam eamque haud brevem infirmitatem patienter, maioris perfectionis assequendae gratia, sustinuit. Die 29 Octobris 1942, vacuum in Provincia sensibile relinquens, canticum Agno novum canere coepit.

14. *R. fr. Hyacinthus Aguyo Lizana*, die 17 Ianuarii 1870 Conceptionis natus, in Provincia Peruviana Sti. Joannis Baptistae Conversorum habitum obtinuit. Chillán regressus, conventui Recollectionis adscriptus fuit, ubi, post exemplarem ac laboriosam vitam, die 11 Februarii 1943, oculos in amplexu Domini clausit.

15. *R. P. fr. Dominicus Donoso Videla* die 10 Martii 1851 ortum habuit. Dominicanae Militiae adscriptus, plusquam decem lustris sacerdotali ministerio infatigabili zelo ac singulari perseverantia incubuit. Plurimis Conventibus Superior praefuit, ac demum, in domo Sti. Phillippi, die 1 Augusti 1943, huic mundo laetus valedixit.

16. *Adm. R. P. Praed. Gen fr. Ludovicus M. Iglesias* in Curicó, die 26 Ianuarii 1877 ortus, Sancti Jacobi nomen Ordini dedit. Zelosus animarum apostolus et eximius extitit praedicator, Rosarii ephemeridem diu rexerat suo plerumque implens labore. Prior Recollectionis, die 20 Maii 1946, cum electis numeratus est.

17. *R. fr. Ludovicus Moreno Godoy* in pago Machali, anno Domini 1869, natus, inter Obedientiae Fratres in conventu Recollectionis cooptatus est. Magnae vir fidei, cultus SS. Cordis praeconem et propagandae fidei operis strenuum se exhibuit ministrum. In Collegio Humanitatum Oeconomi, professoris et Inspectoris munus obibat. Die 6 Augusti 1946 placide ad superos migravit.

18. *Rr. fr. Clemens Fuertes*, die Novembris 1882 natus, in conventu Recollectionis Frater Conversus receptus fuit. Religiosa abnegatione, regulari observantia et alacri pro communitate labore enituit. Erga Superiores reverantiam aliosque Fratres amorem quemdam profitebatur videri haud solitum. Die 27 Maii 1947 sancte ac iucunde aeternitatis iter ingressus est.

19. *R. fr. Jordanus González*, in pago Putaendo, diem natalem in transitu S. P. Dominici anni 1880 habuit, et inter S. Patris filios Conversos nominari obtinuit. Modestus ac simplex, pius et obediens, integram vitam difficilimis quoque laboribus monasticis consecravit. Recollectionis in Conventu, die 17 Novembris 1947, pia interveniente morte perenne gaudium recepit.

20. *R. P. fr. Eustachius del Hoyo* in Hispania natus est die 5 Februarii 1885 ibique Ordinem amplexus est. Tribus annis in Ssmae. Conceptionis Conventu transactis, Provinciaeque nostrae aggregatus, domus Vallisparadisi necnon Serenae rexit ibique gratam ingenii et apostolici zelum memoriam reliquit. Die 16 Augusti 1948 aeternitatis additum introivit.

21. *R. fr. Dominicus Mendiela Villaroel* eximiae ac omnigeri vir activitatis exstitit. Fabrilibus laboribus canendi artem organumque modulandi libens miscebat. Ingenuus ac mitis omnium captabat amorem, quem gloriae serto, die 26 Octobris 1949, commutavit.

22. *R. P. fr. Josephus Cantelli* in Feleches, Hispaniae oppido, die 15 Aprilis 1871 natus est. Primo Provinciae Beticae filius, dein in Provinciam nostram translatus fuit. Serenae paroeciam "La Higuera" diu rexit ministeriumque sacerdotale etiam senescens impigre exercuit. Apostolica eius activitas aeternam mercedem, die 19 Aprilis 1952, recepit.

23. *R. P. Robertus Moreno* natus est die 26 Junii 1883. Vocanti Deo in Conventu Recollectionis se sistit. Suis viribus magna ex parte actualis Academiae Humanitatum existentia debetur, quam primis rexit ac boni virtutibus praeceptoris foecundavit. Oculorum lumine amisso, aeternam lucem, die 19 Aprilis 1952, aspexit.

24. *R. P. fr. Benjamin Martínez* Legione in Hispania, die 5 Augusti 1901, natus est. Habitu Ordinis in patria indutus et sacerdotio auctus, cum aliis Aragoniae Provinciae fratribus Nostram petiit, ubi ad extremum usque vitae spiritum ministerio sacerdotali ac laboribus apostolicis totum se dedicavit. Sti. Pancratii, quae tunc temporis propagabatur, devotionem, auxit, Associationem eiusdem nominis condidit et mox Universitatem professionum practicarum necnon Sti. Pancratii Domum socialibus pauperum necessitatibus iuvandis destinatam erexit, auxit et ad perfectionem adduxit. Fundatoris opera, merito et oratione Institutum hodie quoque prospere vivit et sui nomen auctoris celebre reddit. Mortali ictus infirmitate, die 8 Augusti 1952, pro huius vitae laboribus requiem obtinuit aeternam.

25. *R. P. fr. Emmanuel Rodríguez Ugarte* S. Ferdinandi, die 9 Octubris 1867, ortus, adolescens prima studia in Seminario S. Jacobi perfecit, mox Ordinis habitum recepit, quem, infirma valetudine non obstante, diu sancte gessit. Legis et observantiae fervidus amator, poenitentiae minister infatigabilis, orationis cultor fuit assiduus. Novitiorum institutioni vel domibus praefectus, ubique sanctitatis odorem reliquit. Ultimam vitae tempus in Conventu Recollectionis transegit, ubi die 26 Augusti 1952, in osculo Domini obdormivit.

26. *R. fr. Carolus Lichieri*. Italus, die 6 Septembris 1881 natus est. Juvenis in Chile venit, et in Provincia nostra Fratribus Conversis, in Conventu Recollectionis, junctus, exemplum religiosae observantiae cunctis fuit. Die 29 Ianuarii 1953 aeternitatem adivit.

27. *R. P. fr. Dominicus Williamson Aracena* Ssmae. Conceptionis die 27 Aprilis 1876 mundo editus est. In Salesiana primum familia educatus, Ordini nostro adscriptus fuit anno 1905. Sacerdos ordinatus, pluribus in domibus ministerium, zelo et obedientia refulgens, exercuit. Viribus jam exhaustis coelumque inhians, corporis ergastulum, die 6 Augusti 1953, reliquit.

28. *R. P. fr. Marcelinus López*, hispanus, die 2 Junii 1887 Burgis natus est. Aragoniae Provinciae filius, Americam missus fuit, Provinciaeque nostrae adhaesit. Sacrum ministerium impiger obibat. Multum temporis conventum de Chillán rexerat. Demum Quillotae in morbum incidit et, die 26 Maii 1954, animam Creatori reddidit.

29. *R. P. fr. Abelardus Alonso* in Zúñiga natus est die 6 Augusti 1920. Habitum Ordinis induit in Conventu Maximo Ssmi. Rosarii. Sacra ordinatione apostolico spiritu suscepta, pietatem professor alumnis et praedicator necnon missionarius auditoribus infundebat. Paralysim iuvenis incidit, interventio chirurgica male cessit, et die 30 Junii 1954, beatam gloriam assecutus est.

30. *Adm. R. P. Lect. fr. Guillelmus R. Mardones* in Sti. Vincentii oppido, die 8 Júlii 1890, saeculi huius diem aspexit. Religiosae vitae desiderio affectus, Novitiatum Sti. Dominici addiit. Studiorum causa Belgium et postea Britaniam petiit. Lector in patriam redux, aliquot per annos docendi munus exercuit, novitiorum institutioni et Conventus regimini pluries praefuit. Laboribus assuetus specialique, administrandi dexteritate pollens. Syndicus Conventus Maximi vel et Provinciae nihil praetermisit que rem oeconomicam augeret. Exilis tamen valetudo tanto operi par non erat. Quindecim interventiones chirurgicas sustinuit quin unquam habitualem alacritatem animive pacem amiserit. Postrema infirmatate adveniente, emeritus miles die 26 Junii 1955 nequam hoc saeculum in aeternum regnaturis deseruit.

31. *Adm. R. P. Lect. ac Praed. Gen. fr. Thomas Latorre*, in saeculo Marcus Aurelius, in Larmahue die 25 Aprilis 1899 mundo editus est. A piis parentibus tum animi indolem tum christianam eamque optimam spiritus educationem recepit. Adolescens 15 annorum in Conventu Maximo habitum Ordinis induit. Studiorum curriculum Romae apud Angelicum, dein in Salmanticensi studio absolvit. In Patria totum se docendi officio ac verbi Dei praedicationi vovit. Mentis insuper acumen solersque animi constantia nullum fere religiosae activitatis aciem non novit, nullumque susceptum non absolvit opus. Magister novitiorum, Lector Primarius, Socius P. Provincialis, Director ephemeridis Rosarii, necnon Confraternitatum nostrarum Moderator, in Universitate professor, fundator Circuli Thomistici Sanctijacobi, Superior domorum, auctor adventus Sororum, quae prosperam hodie vitam agunt: pars est tantum eximiae eius activitatis. Fa-

cundus profundusque orator, titulum Praedicatoris plane meruit. Ultimo Generali Capitulo Diffinitor astitit et redux jam diu latenti morbo resistere haud valuit. Piae matris obsequio amantisque suorum solertia stipatus, morti quietus occurrit placideque die 23 Februarii 1956 in Domino obdormivit.

REQUIESCANT IN PACE.

## APPENDIX I

A nuestros muy queridos Padres y Hermanos de la Provincia Dominicana de San Lorenzo Mártir de Chile.

Apenas recibimos del último Capítulo General de la Orden el mandato de regir los destinos de la Familia Dominicana, hemos vuelto los ojos hacia esta vuestra amada Provincia —hoy sólo Vicaría—. Hemos hecho presente a los Padres Capitulares vuestra situación y de Nuestra misma mano hemos redactado la siguiente Comisión, que el Capítulo General aprobó y aparece bajo el número 141 de las Actas del mismo Capítulo.

"Revmo. P. Magistro Generali committimus ut, pro sua prudentia et discretione, a Sancta Sede obtinere curet quominus Visitationi Apostolicae Provinciae S. Laurentii M. de Chile finis imponatur et Provincia ad regimen Ordinis redeat, et tunc ipsemet Rev.mus Pater Visitationem illius Provinciae instituat."

Hemos procurado dar inmediato cumplimiento a la precedente Comisión, aunque por razones de conveniencia hemos creído prudente que coincidiese el retorno de la Provincia a Nuestra jurisdicción con Nuestra presencia en la misma Provincia, que hemos procurado se verificase con la mayor rapidez que el gobierno de la Orden Nos ha permitido.

Así, pues, Nuestro Santísimo Padre el Papa Pío XII, que felizmente gobierna la Iglesia, ha dispuesto que cesase la Visita Apostólica y volviese vuestra Provincia a Nuestra jurisdicción ordinaria según consta por el documento de la Sagrada Congregación de Religiosos, de fecha 29 de Abril del año en curso, que personalmente hemos puesto en manos del Excelentísimo Señor Visitador Apostólico el día 18 de Junio, y que dice así:

EX SECRETARIA
SACRAE CONGREGATIONIS
DE RELIGIOSIS

N. 2428-44 A. S.
Romae die 29 Aprilis 1947.

Rev.me ac Exc.me Domine

Haec S. Congregatio de Religiosis, attentis expositis a Rev.mo P. Magistro Generali Ord. Praed., circa opportunitatem instaurandi regulare regimen in Provincia S. Laurentii Martyris de Chile, eiusdem Ordinis, quae, abhinc septem annos, Exc. Tuae munere Visitatoris Apostolici fungenti subjecta est, approbante SS.mo Domino Nostro, in audientia diei 28 Apr. c. a. habita a me infrascripto, huiusmodi Visitationi finem ponit, ita ut supradicta Provincia redeat sub jurisdictionem Magistri Generalis O. P., qui prompte et efficacite media adaequata ad hoc adhibebit.

Tibi quanplurimas gratias agens pro prudentia, sollertia et firmitate, quibus praefato difficillim functus es munere, cuncta prospera adprecor et me profiteor,

Eidem Exc. Tuae Rev.mae
(Sello seco)

add. mum
† AL. CARD. LAVITARNO
Praef.
† FR. L. H. PASETTO
Secr.

Rev.mo ac Exc.mo
D. ALAFRIDO CIFUENTES GOMEZ
Archiep. Serenen (Santiago, Chile)

Inmediatamente después hemos hecho la Visita a las Casas de la Provincia y hemos hablado con cada uno de sus Religiosos.

Durante Nuestra breve ausencia hemos dejado al frente de la Provincia a Nuestro Socio, el M. R. P. Manuel I. Hernández.

Con fecha 18 del corriente hemos nombrado Vicario Nuestro sobre la Provincia al M. R. P. Lector, Doctor y Ex-Provincial Fr. Tomás Tascón. Ha gobernado durante los diez últimos años la Provincia del Santísimo Rosario de Filipinas, una de las más importantes de la Orden. La prudencia, celo, caridad y pericia que ha desplegado al frente de aquella Provincia, especialmente en los tiempos difíciles de la guerra, Nos han movido a efectuar este nombramiento, dando al mismo tiempo una prueba tangible de Nuestro especial interés por vuestra amada Provincia. Sus facultades son las que corresponden a los Provinciales en el gobierno de sus Provincias.

Mientras no restablezcamos la Provincia, queda así constituído el Consejo Provincial: Los dos Ex-Provinciales, Muy RR. Padres Humberto Figueroa y Juan David Cabezas, y el Ex-Maestro de Novicios M. R. P. Manuel Rodríguez, que lo son *a jure*: el Prior de la Recoleta, el Superior de Concepción, el Vicario de Valparaíso, *pro tempore*.

Hemos hecho también los nombramientos de Superiores de las Casas que los tenían con plazo expirado y facultades prorrogadas.

Pronto llegará un grupo de Padres de otras Provincias, que prestarán la correspondiente ayuda. Y cuando se verifiquen las condiciones que exigen nuestras Sagradas Constituciones (esperamos sea dentro de breves meses), restableceremos la Provincia con todos los derechos y deberes que determinan el derecho común y nuestras Leyes.

Como actualmente la Provincia o Vicaría carece de Postulantado, de Noviciado y de Coristado, pondremos los medios conducentes al pronto restablecimiento y organización de los mismos, ya que esto es básico para el resurgimiento y buena marcha de la misma Provincia.

Dando las gracias a todos cuantos hasta aquí han trabajado por la buena marcha de la Provincia, como Superiores o como súbditos en los diversos oficios o en las varias formas de ministerio, exhortamos a todos, en primer término, a evitar cuidadosamente todo aquello que pudiere haber dado causa para la intervención especial verificada por la Santa Sede en la Provincia. No olvidemos nunca que somos religiosos, y la casi totalidad sacerdotes, y tengamos siempre presente la amonestación del Apóstol: "In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros".

Procurad estar siempre santamente ocupados, que la ociosidad es justamente llamada madre de todos los vicios.

Sed asiduos y constantes en la lectura y en el estudio, teniendo presente que un buen libro es nuestro mejor amigo, y que sin estudio constante no podremos prepararnos para desempeñar digna y concienciosamente los diversos ministerios que nos están encomendados.

Procurad estar atentos a la obra de vuestra santificación, que es el fin primario que os trajo a la vida religiosa.

Desempeñad con puntualidad, celo y exactitud todo cuanto fuere de vuestro deber u os estuviere encomendado: el tiempo es breve, y es preciso atesorar para toda una eternidad.

Queridos Padres y Hermanos: amadísimos Hijos Nuestros en el Patriarca Santo Domingo: en los momentos de angustia y dolor, Nuestro corazón ha sufrido con el vuestro, Nuestro amor a la Orden, a todos Nuestros Hermanos, ha sido y es profundo, y Nos afectan los reveses de la primera y los sufrimientos de los segundos. Conocéis algo de lo que hemos hecho por vosotros. Estamos dispuestos a seguir portándonos como buen Padre, que se desvela por el bien de sus hijos, guiándolos, alentándolos, exhortándolos para que nunca se aparten del recto camino.

Hemos conocido personalmente la rectitud de vuestras intenciones, la nobleza de vuestros corazones, el deseo que a todos anima de vivir intensa vida dominicana.

Todo ello Nos da fundadas esperanzas de un próspero porvenir para vuestra amada Provincia.

Al abandonar el suelo de vuestra Provincia, podeis tener la seguridad de que os llevamos dentro de Nuestro corazón, y de que encontraréis siempre en Nos al Padre que en estos días habéis tratado.

Amadísimos Hijos Nuestros, que la bendición de Nuestro Santo Patriarca descienda copiosa sobre cada uno de vosotros.

Dado en la Recolecta Domínica de Santiago, a 22 de Agosto de 1947.

FR. MANUEL SUÁREZ, O. P.
Maestro General
Loc. Sig.

---

## APPENDIX II

Al Muy Reverendo Padre Lector y Doctor
FRAY TOMAS TASCON, O. P.

Nuestra amada Provincia —actualmente reducida a Vicaría— de San Lorenzo Mártir de Chile, ha estado cerca de siete años bajo Visita Apostólica, ejercida por el Excmo. Monseñor Alfredo Cifuentes, Arzobispo de la Serena.

Deseando Nos ocuparnos directamente de esta Provincia, y dispuesto a prestarle la ayuda necesaria para que entre en el concierto de las Provincias florecientes de la Orden, hemos suplicado a Nuestro Santísimo Padre el Papa Pío XII, felizmente reinante, que se dignase poner fin a la mencionada Visita Apostólica, y devolver la Provincia a Nuestra jurisdicción.

El Santo Padre se ha dignado acceder a Nuestros deseos, como consta por la carta del Eminentísimo Sr. Cardenal Prefecto de la Sagrada Congregación de Religiosos, del 29 de Abril de 1947, año en curso, que personalmente hemos puesto en manos del Excmo. Sr. Cifuentes, el día 18 de Junio de este mismo año.

Con el propósito de restaurar la Provincia en cuanto se verifiquen las condiciones que imponen Nuestras sagradas Constituciones, necesitando dejar al frente de la Provincia un religioso dotado de especiales cualidades, y conociendo el celo, prudencia y competencia de Ud., demostradas especialmente durante los largos años que estuvo al frente de la importantísima Provincia del Santísimo Rosario de Fi-

lipinas, después de madura deliberación, y asesorado con el consejo de religiosos prudentes.

Hemos determinado nombrarle a Ud., muy Reverendo Padre Lector y Doctor fr. Tomás Tascón, O. P., y por las presentes le nombramos, Vicario Nuestro sobre la Provincia o Vicaría Dominicana de San Lorenzo Mártir de Chile, con las facultades que Nuestras Constituciones asignan a los Provinciales. en el gobierno de sus Provincias.

Dado en Nuestro Convento de la Recoleta Domínica de Santiago de Chile, el 19 de Agosto de 1947.

FR. MANUEL SUÁREZ, O. P.
Maestro General
Loc. Sig.

## APPENDIX III

Roma, Santa Sabina, 18 de Junio de 1948.

M. R. P. Tomás Tascón, Vicario General de los Domínicos
Santiago de Chile.

En el pasado Agosto le hemos nombrado a V. P. Vicario Nuestro en esa Vicaría Dominicana de Chile, con facultades de Provincial.

Dados los problemas que la situación peculiar de esa Vicaría plantea, la experiencia ha demostrado que conviene ampliarle las atribuciones.

Por lo tanto y por la presente le conferimos a V. P. las atribuciones de Vicario Nuestro General, sobre los Domínicos residentes en esa Nación de Chile. (loc. sig.) (fdo.) FR. MANUEL SUÁREZ, O. P., Maestro General. — Reg. Gn. Pág. 105. — AMBROSIUS GULLO, O. P.

## APPENDIX IV

NOS FR. EMMANUEL SUAREZ, MAGISTER GENERALIS ORDINIS PRAEDICATORUM:

Destructa Domus Nostra Civitatis Valleparadisi propter terrae commotionem, Patres Nostri Provinciae S. Laurentii Martyris ea omnia peragere curarunt ut talis Domus convenienter restitueretur, ita ut iam possit erigi in Conventum formalem.

Itaque, tenore praesentium et auctoritate Officii Nostri, erigimus *Domum Nostram sitam in Civitate Valleparadisi, Provinciae S. Laurentii Martyris de Chile, in Conventum formalem,* cum omnibus iuribus et officiis quibus fruuntur alii Ordinis Conventus ad normam iuris.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum in civitate S. Jacobi de Chile, die 5 Ianuarii 1952. (loc. sig.) (fdo.) FR. EMMANUEL SUÁREZ, O. P., Magister Generalis. — FR. PAULUS A. SKEHAN, O. P., Proc. Gen., Secr.

---

## APPENDIX V

NOS FRATER EMMANUEL SUAREZ MAGISTER GENERALIS ORDINIS PRAEDICATORUM:

Provincia Nostra Sancti Laurentii Martyris de Chile, perdurantibus nonnullis annis mansit sub speciali Visitatore Apostolico. Ab initio muneris Nostri ab ipsomet Romano Pontifice obtinuimus ut haec Provincia Nobis restitueretur, cum promissione ex parte Nostra peragendi in bonum eiusdem Provinciae quidquid opportunum peragere in Domino existimaverimus.

Hucusque promissa implere non omissimus, et Provincia paulatim in omnibus sensibus restituta fuit, sive adiutorio Patrum aliarum Provinciarum, praesertim Patris quem uti Vicarium Nostrum misimus, sive disciplina, labore, docilitate, optima voluntate Patrum eiusdem Provinciae, quibus nunc de praefatis publicum testimonium damus.

Visitator Apostolicus Provinciam uti talem suppresserat. Et tempus advenisse censemus restituendi iterum ad iura Provinciarum Ordinis eandem Provinciam S. Laurentii Martyris. Non agitur proinde de canonica erectione Provinciae nunquam existentis, sed de eiusdem restitutione, quam propterea Nos peragere possumus.

Itaque, tenore praesentium et Auctoritate Officii Nostri, *restituimus atque erigimus Provinciam Dominicanam Sancti Laurentii Martyris de Chile,* cum omnibus iuribus et obligationibus quae eidem competunt ad normam iuris communis et Nostrarum Constitutionum.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum in Civitate S. Jacobi de Chile, in Conventu Nostro "Recoleta Dominica", die 5 Ianuarii 1952. (loc. sig.). (fdo.) FR. EMMANUEL SUÁREZ, O. P., Magister Generalis. — FR. PAULUS A. SKEHAN, O. P., Procurator Generalis, Secretarius.

---

# APPENDIX VI

## ACTA DEL CONSEJO TENIDO BAJO LA PRESIDENCIA DEL REVMO. PADRE GENERAL MANUEL SUAREZ, EL DIA 4 DE ENERO DE 1952 A LAS 16 HORAS.

Convocado y presidido por el Revmo. P. Gral., se reunió el Consejo de Provincia. Fueron convocados, además de los Padres y Consejeros de Provincia, todos los Superiores de las Casas de la Provincia.

El Revmo. P. General, después de indicar las razones por las cuales no se había podido restaurar la Provincia, dijo que creía llegado el momento oportuno de proceder a esta restauración.

Además de la restauración de la Provincia y del nombramiento del Provincial, urge organizar las vocaciones, la Escuela Apostólica, nombrar Director de vocaciones, abrir noviciado. . .

Declaró también el Revmo. que esta reunión de los Padres de Provincia y del Consejo con los Superiores de las Casas, tendría, para los efectos, la fuerza de un Capítulo Provincial, y que, por lo tanto, se tratarían en élla los asuntos propios del Cap. Provincial, como la elección de Definidores para el Cap. General, etc.

El Revmo. manifestó que en asuntos tan graves quería oir el parecer de los Padres que componían la asamblea. Al tratar del Provincial, el Revmo. mandó salir de la sesión al M. R. P. Vicario General y Secretario del Consejo.

Terminado el tratado *de Provincial*, mandó llamar de nuevo al M. R. P. Vic. General y Secretario, y propuso para la sesión del día siguiente los siguientes puntos:

1.º elección del Definidor y su Socio para el primer Cap. Gen.;
2.º elección del Definidor y su Socio para el segundo Cap. Gen.;
3.º elección del Socio del Provincial *euntis ad Cap. Gen.*;
4.º elección de tres Consejeros complementarios;
5.º fijar las sumas que los Superiores solos o con sus Consejos pueden gastar o autorizar.

El Revmo. habló luego de la Escuela Apostol., y propuso el plan de dar el hábito a los niños que hubieren terminado 4.º año de Humanidades, dejando para después de la profesión el cursar compendiosamente los años 5.º y 6.º. El plan fué aprobado unánimemente por los Padres de la asamblea. El Revmo. dijo que, desde aquel momento, autorizaba a todos los Padres para decir que el próximo Marzo se abriría el Noviciado.

Sobre el Noviciado el Revmo. pidió parecer acerca del lugar del mismo. Después de oír las varias opiniones, optó por dejarlo por ahora en la Recoleta. Preguntó también las opiniones de los PP. sobre el Director de la Escuela Apostol. y Mtro. de Novicios y Director de vocaciones, sin llegar a determinación alguna.

El Revmo. pasó luego a tratar da la cuestión, del P. Pino. Después de exponer algunos cargos graves contra dicho Padre, pidió el parecer de la asamblea sobre la conveniencia de hacer la primera admonición canónica en orden a la expulsión de dicho Padre. El Revmo. con el Consejo dictó la siguiente resolución: "Los Padres de Provincia, junto con los Superiores de las Casas, en esta reunión que tiene el lugar del Cap. Prov., han lamentado grandemente la conducta del P. Pino, que va difamando por todas partes a los PP. de la Provincia de Chile, según costumbre ya antigua en él; se ha hecho mención de otras graves irregularidades del mismo en materia de obediencia y pobreza, y se acuerda que se le haga una primera admonición canónica en orden a la expulsión; pero se decide dejar libertad al Provincial para determinar el momento oportuno".

Como la hora era ya avanzada, el Revmo. dió por terminada la primera parte de la sesión, a la que asistieron todos los PP. Consejeros y todos los Superiores de las Casas de la Provincia, como se citaran en la sesión del día siguiente.

Sesión del día 5 de Enero de 1952, a las 9:30 A. M.

Presidido por el Revmo. P. Gral., se reunió el Consejo de Provincia, al que fueron convocados y asistieron todos los Superiores de las Casas de la Provincia.

Después de las oraciones de costumbre, el Revmo. mandó leer el decreto "ad cautelam" de la filiación del P. Carlos Vásquez a la Provincia. Dicho Padre había sido trasladado por el Visitador Apostólico a la Provincia de Buenos Aires y se dudaba de la validez de dicho traslado. Previamente a esta afiliación "ad cautelam", había sido obtenido el consentimiento de ambas Provincias.

Seguidamente el Revmo. mandó leer el decreto de erección del nuevo Convento de Valparaíso.

Después de unas palabras introductorias y alusivas a la sesión del día anterior, mandó leer el decreto de la *Restauración de la Provincia de San Lorenzo Mártir de Chile* y, a continuación, el nombramiento del Provincial, que recayó sobre la persona del M. R. P. Vicario General fr. Tomás Tascón, quien sigue también con las facultades de Vicario General.

El nuevo Provincial hizo ante el Revmo. la profesión de fe y el juramento antimodernístico y *de tenenda Sti. Thomas doctrina.* El R.P. Domingo Huerta, Superior de Chillán, en nombre de todos los Padres, dió las gracias al Revmo. Padre General por todo lo que había hecho por esta Provincia, y también al Provincial elegido por lo mucho que por ella había trabajado en los cuatro últimos años en calidad de Vicario General de la misma. El Revmo., emocionado por

este momento histórico, dió gracias a Dios porque se había llegado a la meta deseada, tanto por él como por toda la Provincia, y agradeció a todos los Padres la buena voluntad y pronta obediencia religiosa, como lo dejaba consignado en el decreto de erección de la Provincia.

Enseguida se procedió a la elección del Definidor y Socio para el primer Capítulo General, siendo elegidos por votación secreta los Padres Tomás Latorre y Domingo Huerta, como Definidor y Socio respectivamente, para el primer Capítulo General. Luego se procedió a la elección del Definidor y Socio del mismo para el segundo Cap. Gen., recayendo la elección, que se hizo por votación secreta, en los PP. José Silva y Tomás Alvarez, como Definidor y Socio respectivamente. Enseguida el P. Emilio Omeñaca fué elegido, por votación secreta, Socio del Provincial *euntis ad Cap. Gen.* Se procedió luego a la elección de tres Consejeros complementarios, siendo elegidos, a propuesta del Revmo., y por votación secreta, los PP. José Silva, Domingo Huerta y Emilio Omeñaca. Los tres permanecerán en su oficio hasta el próximo Cap. Prov. exclusive.

Terminado esto, el Revmo. mandó llamar a todos los PP. que se encontraban en Santiago, y todos se trasladaron al coro, donde se leyó ante toda la comunidad el decreto de Restauración de la Provincia; leído el cual por el Secretario del Consejo, se entonó el "Te Deum" en acción de gracias, cantando la oración el Ex-Provincial M. R. P. Alberto Cabezas; con lo cual se dió por terminada la sesión.

Asistieron a esta reunión de dos sesiones los siguientes Padres:

Revmo. P. Mtro. General Manuel Suárez
M. R. P. Provincial Tomás Tascón
M. R. P. Ex-Prov. Humberto Figueroa
M. R. P. Ex-Prov. Alberto Cabezas
M. R. P. José Ma. Silva, Prior de la Recoleta
M. R. P. Carlos Ruiz de Gamboa, Prior de Sto. Domingo
M. R. P. Manuel Rodríguez, Ex-Mtro. de Novicios
R. P. Tomás Alvarez, Síndico de Provincia
R. P. Guillermo Mardones, Superior de Concepción
R. P. Domingo Huerta, Superior de Chillán
R. P. Domingo Pérez, Superior de la Serena
R. P. Emilio Omeñaca, Superior de Valparaíso
R. P. Antonino Benfatto, Superior de Quillota.

FR. BAUTISTA CASTAÑO, O. P.
Secretario.

## APPENDIX VII

Prot. Num. 379/55

NOS FR. MICHAEL BROWNE, S. THEOLOGIAE PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS FF. PRAEDICATORUM HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS.

Attentis expositis Adm. R. P. Provincialis Provinciae Nostrae S. Laurentii Martyris de Chile, per litteras Nobis transmissas sub die 31 Octobris labentis anni,

tenore praesentium et auctoritate Officii Nostri, necnon de voto Consilii Nostri Generalitii,

celebrationem approbamus Capituli Provincialis electivi pro Provincia S. Laurentii Martyris de Chile, incipiendam die sabbati ante Dominicam "Deus qui errantibus", proximo anno 1956.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, e Curia Nostra Generalitia, die 23 mensis Novembris, anno Domini 1955. — (loc. sig.). — (Fdo.) FR. S. GÓMEZ, O. P., Vic. Mag. Gen. — FR. PATRICIUS PILASTRO, O. P. a secretis.

---

## APPENDIX VIII

Prot. Num. 252/53.

NOS FR. MICHAEL BROWNE, S. THEOLOGIAE PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS FF. PRAEDICATORUM HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS.

Attentis peculiaribus conditionibus in quibus versatur Provincia Nostra Sancti Laurentii Martyris de Chile, ob Fratrum inopiam, ac annuentibus precibus Adm. R. P. Provincialis cum suo Consilio,

tenore praesentium et auctoritate Officii Nostri, necnon de consensu Consilii Generalitii, dispensationem concedimus super n. 260 nostrarum Constitutionum pro Conventu Vallisparadisi eiusdem Provinciae, ita ut dummodo habeat assignatos ad minus sex Fratres clericos, quorum omnes sint vocales, quinque vero durante vacatione Prioratus si Prior cessans assignatus fuerit ratione officii, praedictus Conventus non maneat privatus iuribus domorum prioralium, servatis ceterisque servandis, speciatim quae requiruntur pro voce activa, iuxta diversos casus.

Dispensatione *ad triennium* valitura.

Datum Romae, e Curia Nostra Generalitia, die 23 mensis Novembris, anno Domini 1955. — (loc. sig.). — (Fdo.) FR. S. GÓMEZ, O. P., Vic. Mag. Gen. — FR. PATRICIUS PILASTRO, O. P., a secretis.

---

NOS FR. MICHAEL BROWNE, S. THEOLOGIAE PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS FF. PRAEDICATORUM HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS.

Attentis expositis ab A. Patre Provinciali Provinciae Nostrae S. Laurentii Martyris de Chile, in litteris diei lae. Januarii 1956, tenore praesentium et auctoritate Officii Nostri dispensationem jam concessam super N. 260 nostrarum Constitutionum pro Conventu Vallisparadisi ita extendimus, ut praedicta Domus, non obstante quod sex Fratres clerici ibidem assignati vocem activam tantum a die 2 Decembris 1955 habeant et non ante sex menses a celebratione Capituli Provincialis (Cfr. Const. n. 361, & III, 2.°), iuribus Domorum prioralium gaudeat.

Datum Romae, e Curia Nostra Generalitia, die 19 mensis Januarii, a. D. 1956. — (loc. sig.). — (Fdo.) FR. S. GÓMEZ, O. P., Vic. Mag. Gen. — Reg. Gen. Prot. N. 252/55-56. — (Fdo.) FR. EUGENIUS MARINO, O. P., a Secretis.

---

## APPENDIX IX

Prot. Num. 106/55.

NOS FR. MICHAEL BROWNE, S. THEOLOGIAE PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS FF. PRAEDICATORUM HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS.

Attenta petitione Adm. R. P. Provincialis Provinciae Nostrae S. Laurentii Martyris de Chile, una cum suo Consilio,

tenore praesentium et auctoritate Officii Nostri necnon de voto Consilii Nostri Generalitii,

dispensantes super n. 650, & I Const., instituimus Studium Provinciale Provinciae Nostrae S. Laurentii Martyris de Chile, in Conventu S. Jacobi de Chile. (Avenida Recoleta 759).

Datum Romae, e Curia Nostra Generalitia, die 12 mensis Maii, anno Domini 1955. (loc. sig.) )Fdo.) FR. MICHAEL BROWNE, O. P., Magister Generalis, — (Fdo.) FR. PATRICIUS PILASTRO, O. P., a secretis.

---

## APPENDIX X

ARZOBISPADO
DE
SANTIAGO
Casilla 30-D.

(Hay un sello)

N.º 9716/55.

Santiago, a 30 de Septiembre de 1955.

A tenor de los cánones 1427 y 1428, erigimos en bien de las almas la nueva parroquia de San Vicente Ferrer, con sede en la iglesia de los RR. PP. Domínicos, de las Condes y que tendrá los siguientes límites:

| | |
|---|---|
| NORTE: | Avda. Abadía; deslinde Hda. Apoquindo hasta línea imaginaria que se interna en los cerros de la cordillera. |
| SUR: | Avda. Cristóbal Colón, desde Hernando de Magallanes, Quebrada de Apoquindo y línea que sigue el deslinde sur de la Hda. Apoquindo. |
| ORIENTE: | Alta cordillera que separa San José de Maipo. |
| PONIENTE: | Hernando de Magallanes (desde Cristóbal Colón); continuación Avda. Apoquindo hasta Estadio Italiano; calle que separa Población Estadio Italiano de Población Rosario; calle hasta Avda. Las Condes (sin nombre aún), según plano; Avda. Las Condes hasta Antigua Abadía. |

Tómese razón y comuníquese. — (Fdo.) † JOSÉ MARÍA CARD. CARO R. — (Fdo.) ALEJANDRO HUNEEUS C., Secretario. — Reg. a fs. 245 del Lib. 34 de Decr.

---

## APPENDIX XI

NOS, FR. MICHAEL BROWNE, O. P. S. THEOLOGIAE PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS FF. PRAEDICATORUM HUMILIS MAGISTER GENERALES ET SERVUS.

Attentis expositis ab Adm. R. P. Josepho Ortea, O. P., Provinciali Provinciae Nostrae S. Laurentii Martyris de Chile,

tenore praesentium et auctoritate Officii Nostri, dispensamus super n. 227, & I, 1.º Constitutionum, ita ut loco 30 Missarum quas quilibet sacerdos celebrare debet per annum, ipsa Provincia celebrationem curet unius Misae in qualibet hebdomada.

Praesentibus ad quinquenium valituris.

Datum Romae, e Curia Nostra Generalitia, die 12 mensis Maii, anno Domini 1955. (loc. sig.) (Fdo.) FR. MICHAEL BROWNE, O. P., Magister Generalis. — (Fdo.) FR. PATRICIUS PILASTRO, O. P., a secretis.

## APPENDIX XII

N.º 5981/55.

Beatissime Pater,

Prior Provincialis Provinciae Sti. Laurentii Martyris Ordinis Praedicatorum in República de Chile, ad pedes S. V. provolutus, humiliter exponit:

Quod, in República de Chile, Americae Meridionalis, ob penuriam sacerdotum utriusque cleri, necnon ob longissimas distantias, adsunt plurimae Communitates Sororum et Religiososrum Laicorum, quae, de regula generali, non possunt habere Capellanum nec, ideo, audire s. Missae sacrificium diebus infra hebdomadam.

Quod, Provincia Sti. Laurentii Martyris Ord. Praed. habet in República de Chile septem conventus vel domos, intra quorum fines sunt plurimae eiusmodi Communitates religiosae.

Quapropter, Orator a S. V. humiliter petit, quominus sic concedatur ut, pro sua prudentia et de venia Rev.morum Ordinariorum locorum, ipse possit concedere sacerdotibus Ordinis Praedicatorum facultatem, ut aiunt, binandi diebus ferialibus, in favorem Communitatum Religiosorum Laicorum utriusve sexus, et servatis de iure servandis.

Et Deus etc.

Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Rev.mi P. Proc. Gen.lis Rex.mo P. Magistro Generali benigne committit ut petitam gratiam, ad triennium concedat, de consensu Ordinariorum locorum et prohibita perceptione eleemosynae pro secunda Missa.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 12 Maii 1955. (sello seco) — (Fdo.) J. BAPT. SCAPINELLI, subsecretarius. — (Fdo.) H. AGOSTINI, Ad a studiis.

---

(Al dorso) Vi facultatis Nobis in praesenti Rescripto commissae, gratiam petitam ad tenorem eiusdem Rescripti concedimus servatis servandis. — Romae, 17 Maii 1955 (loc. sig.) (Fdo.) FR. MICHAEL BROWNE, O. P., Magister Generalis.

---

## APPENDIX XIII

EX SECRETARIA
SAGRAE CONGREGATIONIS
DE RELIGIOSIS

Prot. N. 6030/55.
(in responsione hic numerus referatur
Romae, die 22 Junii 1955.

Reverendissime Pater,

Haec S. Congregatio, mature perpensis precibus quibus Superior Provinciae S. Laurentii Martyris Ordinis Praedicatorum in Chile petebat facultatem percipiendi eleemosynam pro Missis diebus dominicis et festis de praecepto binatis et trinatis, attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit: "Pro gratia, ad quinquiennium, quoad Missas diebus dominicis et festis de praecepto binatis, exclusis parochis et vice-parochis: quoad autem Missas trinatas: "Non expedire".

Quae dum significo P. T. Rev.mae. Tibi fausta omnia ad precor a Domino, ac permaneo, Eidem Paternitati Tuae Rev.mae additissimus (Fdo.) P. A. LARRAONA, Secr. — (Fdo.) H. AGOSTINI, Ad. a Studiis.

Rev.mo Patri
Procuratori Generali
Ordinis Praedicatorum.

FR. MANUEL SUÁREZ, O. P.
Maestro General
Loc. Sig.

---

# NOS

FR. MICHAEL BROWNE, S. THEOLOGIAE PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS FR. PRAEDICATORUM HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS.

**In Dei Filio Nobis Dilectis**

**Admodum Reverendis Patribus Priori Provinciali, Prioribus Conventualibus Ex-Provincialibus Praedicatoribus Generalibus Necnon Ceteris Reverendis Patribus et Fatribus Provinciae Sancti Laurentii de Chile.**

**Salutem et Benedictionem**

Provincia Nostra Sancti Laurentii Martyris de Chile, quae suppressa fuerat perdurante Visitatione Apostolica, ac, ipsa cessante, iterum restituta per Decretum Rev.mi P. Magistri Generalis, Fr. Emmanuelis Suárez, diei 5 Ianuarii 1952, suum Capitulum electivum celebravit diebus 21-28 Aprilis 1956.

Cum autem Capitulum ad electionem novi Prioris Provincialis non pervenerit, septimo scrutinio inutiliter peracto (cfr. Constit. N. 335), Nos de consensu Nostri Consilii Generalitii elegimus ad praedictum munus, Adm. R. P. Petrum Torres, O. P., Provinciae Nostrae Bonaerensis filium, prout opportuno tempore iam communicavimus.

Receptis vero Actis Capituli, una cum Patribus gravioribus Nostri Consilii attente ea examinavimus, necnon appro-

bare et confirmare statuimus sicut et his Nostris Litteris approbamus et confirmamus, nonnullis additis animadversionibus.

a. In Denuntiatione 8.ª citetur quoque N. 508, § I nostrarum Constitutionum.
b. Relate vero ad Denuntiationem **17am**, b) Adm. R. P. Provincialis provideat in casu.
c. Pariter cum in Denuntiatione 51, non determinetur **dies** pro futuro Capitulo Provinciali (Cfr. Const. N. 16), id opportuno tempore fiat ab ipso Consilio Provinciae.
d. In Ordinatione 65, nomen **Praelatorum** mutetur in **Superiorum.**
e. Non videtur conveniens ut Superiores locales teneantur adsistere cursui de praedicatione, prout statuitur in Ordinatione 85.
f. Relate vero ad petitionem numero 106 contentam, cum Consilium Provinciae constitui debeat ad normam Ordinationis ultimi Capituli Generalis (N. 152), hoc statuimus:

Praeter tres Patres qui jam ad Consilium Provinciae pertinent, et Patres Provinciae vocantur, scilicet:
Adm. R. P. Humbertus Figueroa, Ex-Provincialis
Adm. R. P. Albertus Cabezas, Ex-Provincialis
Adm. R. P. Dominicus Baeza, (ex gratia),
ad complendum numerum senarium ita ut in munere tantum maneant usque ad sequens Capitulum exclusive, nominamus:
Adm. R. P. Fr. Carolum Ruiz de Gamboa,
Adm. R. P. Lect. et J. C. Doct. Fr. Ioannem B. Castaño,
Adm. R. P. Fr. Emmanuelem Acuña.
In Consiliarios vero Provinciae, pariter usque ad sequens Capitulum exclusive, eligimus:
Adm. R. P. Lect. et J. C. Lic. Fr. Eleutherium Mateos,
Adm. R. P. Lect. et Praed. Gen. Fr. Dominicum Huerta,
Adm. R. P. Lect. et S. Th. Doct. Fr. Petrum Moure.
In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.
Datum Romae, e Curia Nostra Generalitia ad S. Sabinam, die 8 mensis Junii, anno Domini 1956.

FR. S. GÓMEZ, O. P.
Vic. Mag. Gen.

Prot. N. 78/56.
FR. M. PAEZ, O P.
Socius